

264  
prof. d. 16 Februarii.

Anno 1717.

148  
Vir Nobilissime

Sautor et Affinis honoratissime,

Joachimici dimidium ministro Aca-  
demiae, ni graue fuerit, tradendum  
huc adieci liberis. Tuae vero bene-  
uolentiae hac in re praestitae ut  
aliquando non solis respondeam  
uerbis operam dabo.

Malabarici computi ratio differt maxime a  
 nostro numeros tractandi more. Ex arithmetica  
 Scripta, quam nacti, non parum profeci. Parie-  
 bat primum difficultates non unas cum caracte-  
 rum a Summe Sev. Ziegenbalgio omisorum mul-  
 titudo tum eiusdem signi diversa significatio.  
 Ita v. c. F notat modo 4 modo 67 item  
 1280 et 9600. Quae et alia in Historia  
 Eruditionis Indicae Deo volentes et bibliotheco-  
 larum aliquo sumbus ferente prolixius a  
 me propediem explicabuntur. Ignosce vero  
 tuum scriptum Malabanicum iusto diutius  
 detinenti. Simulac fida et commoda sese ob-  
 tulerit occasio idipsum remittam. Vale cum  
 Parentibus Venerandis ex animo! D. XV.  
 Februar. MDCCXVII. Viteberga.

Tuis Affinis honoratissime

observantissimus  
 Polycarpus Lygenus